super summam Centum Quinquaginta Florenorum Polonicalium facta et recognita atque in bonis suis proprijs et haereditarijs infrascriptis videlicet Laborioso Fedko Karczmarczyk in media Quarta agri residente cum tota illius supellectili domestica, eodem ipso agro per ipsum possesso in bonis villae Vniatycze Terrae et Districtus praefati Praemisliensis consistentis, modo obligatorio de anno ad annum ad solvendum assecurata Inscriptione eadem obligatoria Officij praefati de praemissis latiore. Nec non de summa suprascripta Centum Quinquaginta florenorum Polonicalium, bonisque ipsis et subdito summa eadem oneratis, accepta ab ipso de praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione summaeque persolutione, Quietat et mittet, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo facit et pronuntiat, Inscriptionemque praefatam Castrensem Capitanealem Praemisliensem obligatoriam cassat mortificat, et annihilat, atque de bonis condescendit, sibi et suis posteris ratione praemissorum omnium perpetuum imponendo silentium.

Drohoiowski Intercisam cum Lesniowskie Conqibus suo pro Interesse Roborat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosus Stephanus in Drohoiow Drohoiowski sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis generaliter

generaliter omnibus summisq pecuniarijs quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus, Intercisam certam inter se Recognoscentem ab una atq Gnosos Maximilianum de Zimna Woda Lesniowski et Annam de Kurdzwiski Korlowska, Coniuges legitimos parte ab altera, ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa contentarum, de acta et data illius hic Premisliae, feria Quinta post Dominicam Exaudi proxima Anno praesenti confectam conscriptam, manibus sui Recognoscen atq praefati Gnosi Lesniowski, nec non et certorum amicorum proprijs ab utrinq subscriptam, in omnibus et singulis eiusdem Intercisae Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadio, Ligamentis, ac nexibus, generaliter omnibus, quantum pro sorte et Interesse sui Recognoscentis, Conditionesq se Recognoscentem stringentes spectat et pertinet, eisdem Gnosis Maximiliano Lesniowski et Annae Korlowska Coniugibus, ipsorumq posteris firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusq et singulis illius contentis, tam in toto quam in quauis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere, Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam, et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictam Intercisam vicissim in toto referendo. Idq sub Vadio summae Mille Quingentorum florenorum Polonicalium, per eundem Recognoscentem vel eius posteros super saepe Gnosis Lesniowskiis Coniugibus sive ipsorum Successoribus ob non complementum contentorum Intercisae praefatae quantum pro sorte et Interesse sui Recognoscentis, conditionesq se Recognoscentem stringentes spectat, omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Pro quoquidem Vadio modo praemisso ad soluendum succubito, ac pro re aliqua principali ex contentis Intercisae eiusdem, quantum pro sorte et Interesse sui Recognoscentis Conditionesq se Recognoscentem stringentes spectat, non completa complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Gnosus Stephanus de Dobiecin Dobiecinski, vel eius Successores ad Instantiam praefatorum Gnosorum Maximiliani de Zimna Woda

Lesniowski

Lesniowski, et Anna de Kurozwęki Kozlowska, Coniugum legitimonum, vel eorum posterorum ad Officium præsens Castrense Capitaneale Premislien. extunc vice sui supra scripto qui ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, vadium præfatum luere, Inscriptioni præsenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq. ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsen. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causæ eiusdem Terminos, semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta ad Evictorem vel alijs quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem vltra proximos Officij præfati Castren. Capitan. Premislien. Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq. motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, præscriptione Terrestri, bello, Conventioneq., ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alioquovis evadendo, Hac vica pten. personali Recogne ad ista oia mediante.

Kopystynski Vniatyckiemu Donat et Contem statuet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsen. Castren. Capitan. Premislien. Gnosus Alexander Kopystynski olim Gnosi Theodori Kopystynski filius, sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq. suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Præsenti vo Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdni quo ad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq. subijciendo.